XXXII.

DISPUTATIO JURIDICA 32.

De

LEGITIMATIONE,

Quam

Consensu

Nobilissimi JCTORUM Ordinis,

PRÆSIDE

FRIDR. GEISLERO, Reussendorff-Silesio,

Phil. & J. U. D. ac Prof. Publ.

Præceptore, Hospite ac Fautore officiosi Amoris cultu prosequendo

die 30. Septembr. A. C. 1675.

H. L. Q. C.

publ. propon.

JOACHIMUS von Dale/ Lubecensis;

Autor & Respondens.

LIPSIÆ,

Literis JOHANN-ERICI HAHNII.

Magnifico,
Maxime-Reverendo, Nobilissimo, Amplissimo atq; Consultissimo

DN. BERNHARDO THEODORO
BRAVVER,

J.U.D. Reipublicæ liberæ Imperialis Lubecensis Consuli & Syndico, ut & venerabilis Capituli, qvod Lubecæ est, Præposito &c.

DNO. PATRONO ætatem venerando

Specimen hoc Academicum consecrat

humillimus cliens
JOACHIMUS von Dale.

PROOEMIUM.

INter Perſonarum jura, qvæ Romano populo propria qvaſi & domeſtica fuerunt, eſt Patria poteſtas. Nullos enim alios eſſe homines, qvi talem in liberos habeant poteſtatem, qvalem Romani habent, ipſe Juſtinianus Imp. *§. 2. I. de patr. poteſtate* obſervavit. Illud autem Patriæ poteſtatis ἀξίωμα ſecundùm eundem Imperatorem tribus modis conſtituitur; vel Nuptiis *pr. I. de patr. poteſtate*, vel Legitimatione *§. ult. I. de nuptiis*, vel Adoptione *pr. I. de adoption.* Cum itaqve impræſentiarum publicæ diſputationis ſpecimen edere conveniat, ex illis Tribus cauſis Mediam, ſcilicet

LEGITIMATIONEM

Eligo, cui dico: tu mihi Sola places!

Dei a. ope humiliter imploratâ, id agendum eſt, ut Diſtinctâ methodo proponatur, qvod ad Thematis electi tractationem ſpectat. Eoq; nomine Duas partes conſtituam, alteram qvæ Communia magis adumbrabit; alteram autem qvæ Specierum indolem & operationes inveſtigabit.

Pars
PRIOR
exhibens
GENERALIORA.

§. 1.

Uti Legatum à lege dicitur *secundùm Ulpianum in fragm. tit. 24. pr.* ita etiam Legitimatio. *H. Treutl. vol. 1. D. 2. th. 6. litt. A.*

§. 2.

Apud practicos Legitimationis vox idem est ac personarum alieno nomine in judicio comparentium ad agendum vel excipiendum Habilitatio. *G. Fibig. in processu p. gen. c. 2. membr. 3. §. 5. p. 97.* Nobis verò denotat Legitimæ nativitatis restitutionem.

§. 3.

Aliàs vocatur Natalium restitutio *Did. Covarruvias de matrim. parte 2. c. 8. §. 8. n. 1. & §. 9. n. 1. 2.* ubi qvis (*secundùm Novell. 89. c. 9. §. 1.*) Naturales suos filios restituit Naturæ & antiqvæ Ingenuitati & juri Legitimo. Apud græcos accepit τῆς γνησιότητος vocem.

§. 4.

Legitimatio DEFINITUR, qvòd sit actus legitimus, qvô liberi naturales efficiantur legitimi. *J. Strauch. diss. ff. 4. aph. 1. p. 39.*

§. 5.

ORIGINEM legitimationis refero ad Principes Christianos. Ante eos enim nullam legitimationem fuisse probabile inde est, qvòd constitutiones Codicis de eâ disponentes à Recentioribus Imperatoribus Constantinopolitanis Theodosio, Valentiniano, Leone &c. editæ sint. *t. t. C. de natural. liber.* ejusqve nullum in Digestis reperiatur vestigium.

Cui non Obstat *L. 57. §. 1. ff. de ritu nupt.* ex qvâ Bartolus *in L. Gallus. 29. §. nunc de lege 11. ff. de liber. & posthum.* legitimationem per rescriptum Principis Veteribus qvoqve cognitâ fuisse probare satagit; Cum in illâ lege agatur non de Legitimatione, sed de Confirmatione, & qvidem Matrimonii, cui incestus crimen objiciebatur, adeoqve de liberis ex Matrimonio natis, qvorum certè nulla est legitimatio. *Val. Forsterus de success. lib. 6. cap. 31. n. 2. p. 887.*

§. 6.

§. 6.

IMPULSIVA causa Legitimationis est Æqvitas. Cùm enim liberis ex illegitimo coitu natis nihil imputari possit, nec debeat (culpa enim non est ejus qvi Nascitur, sed qvi Generat *c. nascis. dist. 56.*) Iniqvum putârunt Imperatores Christiani, si destituerentur juris remedio, qvo Naturæ restituerentur, & jura Familiæ patris sui conseqverentur. *Nov. 89. c. 9.*

§. 7.

EFFICIENS est Lex. Uti enim in hujus potestate est efficere, ut hoc vel illud pro eo qvod Non est, nihilominus Habeatur (exemplum habemus in Postliminii jure, actione Pauliana & Rescissoriâ): ita potuit qvoqve, interventu certarum solennitatum & reqvisitorum efficere, ut filius Illegitimus habeatur Legitimus; attentâ scilicet non rei Veritate, sed argumentô Fictionis.

Ut enim Illegitimè natus verè Legitimus sit, æqvè minus in Legis potestate est, ac Factum facere Infectum. Ut tamen Illegitimus qvoad effectus Civiles habeatur pro Legitimo, utiqꝫ jure Civili effici potest. Hinc fortè *Baldus in capit. 1. n. 23. de constit.* scripsit, Legitimationem esse instar Alchimiæ, qvæ demonstrat, qvod Non est, sed unam speciem in alteram non transmutat. *Andr. Gailius lib. 2. obs. 140. n. 19.*

Et hoc maximè qvoad legitimationem per oblationem Curiæ & rescriptum Principis verum est, cùm in utrâqve matrimonium Fingatur intercedere. *Franciscus Mantica de conject. ult. vol. l. 11. t. 12. n. 18.*

§. 8.

Qvoad legitimationem verò per subseqvens Matrimonium dubitari potest. Ratio, qvia Matrimonium est juris Gentium & ejus juris qvod cum ipso Humano genere cœpit. Hoc ergò posito, legitimatio hæc, tanqvam necessarius Matrimonii effectus, citra legis Civilis dispositionem prodibit.

Ast verò, qvamvis ipsum Matrimonium (comprimis qvatenus Consensu constat) sit juris gentium & Liberi qvoqve ex eô progeniti eo jure habeantur legitimi; tamen aliud est subseqvens Matrimonium & tale per qvod Liberi antè nati legitimantur.

 Hunc

Hunc enim effectum non Matrimonio, sed Legi adscribamus necesse est. Et si necessarius Matrimonii effectus est Legitimatio illegitimorum, cur non Ante imperatorum Christianorum tempora obtinuit? Qvod ergò Hodie talem effectum producat, non ex Se, sed Extrinsecus & Legis beneficio habet. *Rein. Bachov. ad §. fin. J. de Nupt. n. 6. p. 92. col. 2.*

§. 9.

Non verò statuimus (*uti communiter Dd. apud Gail. lib. 2. obs. 141. n. 2.*) qvòd mediante illâ fictione tempus nuptiarum Retrotrahatur [ad tempus] nativitatis: qvasi scilicet filius Legitimatus ab initiô ex justis Nuptiis procreatus esset, adeoq; (*uti Dd. loqvuntur*) in hâc legitimatione qvoad Essentiam nulla intercedat fictio, sed tantùm qvoad Tempus, qvod retrotrahitur. *Hier. Schurff. cent. 1. consil. 2. n. 5. 6. p. 16.* Nostræ sententiæ ratio est, qvia Fictio per retrotrahitionem in jure nostro prorsus est Incognita. Ita enim talis Legitimatus reliqvis posteà natis ex matrimonio qvoad Primogenituræ jus præferretur, qvod & falsum simul & iniqvum *vide §. 22.* Imò sic fingeretur qvis Duas uxores eodem tempore intermedio scilicet habuisse, unam Verè, alteram Fictè. qvod ibidem absurdum.

§. 10.

FINIS Legitimationis à parte Liberorum est Legitimorum natalium consecutio, vel, *uti Imperator Nov. 89. c. 9. loqvitur*, ut Naturæ & antiqvæ Ingenuitati restituantur; sed à parte Parentum, est Patriæ potestatis acqvisitio *§. fin. J. de nuptiis. Nov. 89. c. 11. W. Ludw. ad §. fin. J. de nuptiis n. 1. p. 50.*

§. 11.

Cùm Legitimatio *secundùm §. 4.* sit Actus, hic autem tanqvam Accidens non possit esse sine Subjecto *arg. §. 3. J. de servitutib. & pr. J. de usufructu. ibid. Casp. Manzii comm. n. 10. p. 350.* sistendum qvoq; est SUBJECTUM Legitimationis. Variat autem illud secundùm diversitatem Modorum, secundùm qvos legitimationis actus procedit. Primò sunt Parentes, qvi Concubinatum cum justo Matrimonio permutant, *Nov. 89. c. 8.* Secundò est Curialium Collegium,

cui

cui liberi concubinales vel offeruntur vel seipsos Offerunt. *Nov. 89. c. 2.* Tertio Princeps qvi legitimationis beneficium Rescripto confert. *Nov. 89. c. 9. pr.*

§. 12.

Parentes dum *§. præcedenti* retuli ad subjectum legitimationis, operæ pretium est, paucissimis de CONCUBINA, qvænam Propriè talis sit, agere. Reqvirunt in eâ Dd. certas qvalitates: (1) Ne sit femina honesta; in Honestam enim stuprum committitur. *l. 3. pr. ff. de Concubin.* (2.) ut sit unica. *Nov. 18. c. 5. Nov. 89. c. 12. §. 5.* (3) nec cum Aliis coëat. *Nov. 74. præfat. §. 1. & Nov. 89. c. 9.* (4) ut ad Tempus tantum non perpetuò cum viro cohabitet. *Henr. Hahn. ad τr. Wesenb. ff. de Concubin. n. 2.* (5.) ut retineatur domi in schemate Concubinatus. Hoc qvid sit, explicat Lucas de Penna *in l. si cobortalis n. 7. C. de cohort. princip. lib. 12.* qvando in domum sicut Uxor publicè ducta sine solennitatibus: & Ripa *in l. ex facto 17. §. si qvis rogatus 4. ff. ad SCt. Trebell.* dicit esse, retinere feminam in eadem mensâ & eodem lecto ac si esset Uxor non pedissequa. Sic *in l. 3. C. de natur. liber.* dicitur concubinatus inæqvale Matrimonium, & ipsa concubina olim Ἡμίγαμος Vice-conjux dicta. *Dion. Gothofredus in l. 3. ff. de Concubin.* Concubinam igitur habere Propriè est habere feminam non affectione Maritali, sed Concumbendi causâ, Beyschlaffens halber *l. 1. ff. de Concubinis.*

Aliàs tamen & Impropriè ac per Analogiam ea qvoqve Concubina vocari potest, qvæ Maritali qvidem affectione ducta, nullis tamen solennitatibus adhibitis. *Henr. Habn. ad π. Wesenb. 25. ff. 7. n. 2. p. 135.* Et hæc Verè qvidem uxor est, sed non Legitima, i. e. qvæ non ea præscripto legum positivarum cum solennitatibus ducta. *Casp. Ziegler. ad Grot. 2. 5. §. 15.* Et huc referendæ sunt eæ uxores, qvas veteri testamento Hebræi sine solennitatibus habebant, die Kebsweiber: qvæ qvidem veræ uxores sed Inferiores & minus principales erat. Plura reqvisita reperire licet apud Muscatell. *in pract. crim. tit. de adult. &c. n. 38.* & apud Pontium *ex Ferdinando de Mendoza de matrim. lib. 7. c. 54. n. 2.*

§. 13.

Ex dictis apparet, non Absolutè verum esse qvod Concubina & Uxor nonnisi qvoad Effectus civiles differant: & qvod in *l. 49. §. 4. ff. de leg. 3.* dicitur [inter concubinam & uxorem nihil interesse nisi Dignitatem]

tem] eò referendum esse, qvod concubinatus per Leges nomen assumsisse dicatur *l. 3. §. 1. ff. de Concubin.* Nam in se & Internè magna inter uxorem & concubinam existit differentia; illa enim Sobolis procreandæ, hæc Libidinis potissimùm causâ habetur.

Videtur qvidem contrariari Justinianus *Nov. 74. cap. 1. & Nov. 89. c. 1.* cum ab initio & Naturâ nullam inter legitimos & illegitimos differentiam esse statuit, argumento ducto ab eo, qvod Natura omnes liberos & ingenuos procreârit. qvo moti qvidam concubinatum jure Naturæ non prohibitum esse putant Azo *summa Cod. de natur. liber. n. 3.* & Palæotus *de Spuriis cap. 11. n. 36.* Verùm præterqvam qvod matrimonium & concubinatus Fine (*uti jam dictum*) differant, apud omnes Gentes saniores conjugium à variis congressibus usq; fuit distinctum. Nec procedit collectio imperatoris ab ingenuis ad Legitimè natos. Libertas enim est res indifferens & juris positivi; Matrimonium verò ex discrimine turpis & honesti oritur, ut hinc ipsa naturalis ratio Conjugia honesta, cæteros Congressus autem turpes esse dictitet. *Henr. Hahn. ad π. Wesenb. ff. de concubin. n. 3.* Adde qvod autoritas Justiniani hîc parum probet, utpote in casu, qvi terminos Legislationis & disciplinæ Juridicæ excedit. *Reinh. Bachovius in πρώτοις lib. 1. ff. 6. p. 243.* ubi tamen, ad defendendam Justiniani autoritatem, prædictum locum *Novellæ 89. c. 1. pr.* ita explicari posse dicit, qvod *ab initio* nonnisi justi & legitimi amplexus fuerint, unde non nisi legitimi Liberi esse potuerint, qvod in dictæ *Novellæ 89. capite 9. pr.* ipse Justinianus qvoq; intelligere videtur, dum (ut jure Naturæ omnes liberos fuisse & bella deniqve servitutem induxisse, ita) Naturâ omnes legitimos extitisse, concupiscentiam verò naturales demum introduxisse dicit. Consentit cum hâc explicatione Dion. Gothofredus *ad cap. 9. pr. Novell. 89.*

§. 14.

OBJECTUM legitimationis sunt liberi Naturales *t. t. C. de natural. liber. Nov. 74. & 89. Rein. Bachov. ad §. fin. J. de nuptiis n. 1.* Naturalium autem liberorum vocabulum Generale est, variasqve in jure accipit significationes. Vel enim (1) opponitur Adoptivis *pr. j. de adopt.* & ita denotat omnes ex Legitimo matrimonio natos: vel (2) opponitur ex Legitimo matrimonio natis, & denotat omnes extra matrimonium vel Non legitimè natos. & si veritatem rei respicias

cias

rei respicias, non minus incestuosi, adulterini & vulgò qvæsiti, qvàm ex Concubina nati NATURALIUM appellatione veniunt. *Abbas in cap. tanta & cap. per venerabilem n. 31. X. qvi filii sint legitimi. Cravetta cons. 166. num. 8. Ant. Henr. Mollenbec. cent. 1. div. 25. lit. A. p. 67.* Qvi enim patrem habent, per Naturam eum habeant oportet: Pater autem ille, si non est Legitimus, Naturalis est: & per conseqvens liberi qvoqve ejus Naturales.

Hinc *in l. 23. ff. de stat. hom.* Modestinus distingvit inter vulgò qvæsitos qvi patrem Habent & qvi Non habent. Et Paulus *in l. 14. §. 2. de ritu nupt.* statuit inter Vulgò qvæsitam & patrem Naturalem nuptias esse prohibitas. Dum verò *in §. pen. I. de Nup.* Vulgo qvæsiti reliqvive ex illicito coitu nati patrem habere Negantur, & in specie de Adulterinis incestuosis & ex damnato coitu natis in *Nov. 89. cap. fin.* dicitur, qvod pro Naturalibus habendi non sint, illud qvoad Effectum juris tantùm verum est.

(3.) Strictiori sensu vocantur Naturales, qvi vel in Servitute nati *l. 88. §. 12. ff. de legat. 2.* vel ex Concubinâ suscepti sunt. *Hier. Treutler. vol. 2. disp. 16. th. 3. lit. A. Val. Forsterus de success. lib. 6. cap. 2. n. 3.* Et hi vocantur Nothi *Nov. 89.* in græco textu Νόθοι. *Jac. Cujacius ad Nov. 18. Gabr. Paleottus de spuriis cap. 15. n. 2. Val. Forsterus lib. 4. c. 32. n. 2.* item Degeneres. *l. ult. in fin. C. de natural. liber.* Germanicè Bastard à Bastardo. *Accursius ap. Chr. Besoldum in thesauro pract. lit. B. n. 16. p. 80.*

§. 15.

Naturalium [scilicet ex Concubina natorum] nomen Romanæ legislationi dudum non erat in studium (ὐ διεσπούδαστο, græcus textus habet) dicit Justinianus *Nov. 89. in præfat.*; à Constantini verò temporibus in constitutionum demum scriptum est libris. Et *cap. 12. pr. ejusdem Nov. 89.* Valenti & Valentiniano primùm placuit humanum aliqvid agere circa Naturales.

His ipsis qvidam permoti putant Naturalium appellatione extra *tit. C. de Natur. liber.* nunqvam significari liberos ex Concubina natos. Sed hoc sine dubio falsum est. Cum enim Concubinatus ante dictorum Imperatorum tempora concessus fuerit, *uti ex tit ff. de Concubinatu apparet.* qvo qvæso nomine liberos ex eo prognatos indicassent? Nec credibile est de iis aut de eorum successione nihil dispositum fuisse. Proindè rectius statuere videntur, qvi allegata verba

 Imp.

Imp. Justiniani *in Nov. 89. praef.* non simpliciter accipiunt, sed ad Legitimationem & Successionem ab intestato referunt. *Reinh. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 16. th. 3. lit. A.* Adsunt & textus ubi Naturalium diserte fit mentio, *L. Lucium 45. ff. de vulg. & pupill. substitut. l. 7. pr. ff. de confirmat. Tut.* Qvos qvidem de natis in Contubernio Reinh. Bachovius *dictô locô* explicat; sed illa explicatio divinatoria forte est: cùm in toto textu nullum ejus argumentum appareat. *vide Joh. Strauchium diss. ff. 4. aph. 2.*

§. 16.

Naturales ergo propriè & in postremo sensu sumti sunt legitimationis objectum. *l. 1. C. de nat. lib. Nov. 74. 89.* Reliqvi verò omnes à legitimationis commercio excluduntur. Cùm enim Concubinatus lege permissus sit, *l. 3. §. 1. ff. de Concub. l. un. C. eod. Nov. 18. c. 5.* & ab uxore nonnisi dignitate Concubina differat *l. 49. §. 4. ff. de legat. 3. adde supra §. 13.* & ex eâ Nati qvadantenus certum patrem habeant, soli, qvi legitimarentur, digni habiti sunt.

Sunt qvidem qvi qvoad Reliqvos liberos distingvunt inter legitimationem per subseqvens Matrimonium & per rescriptum Principis, posteriori modo legitimari eos posse statuentes. *Did. Covarruv. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 8. Fachin. lib. 3. controv. 57.* Pro qvibus facere videtur *Novella 89. c. 9. pr.* ubi dicitur legitimari posse per rescriptum Principis sobolem, cujus mater non sine peccato apud patrem naturalem est. Sed praeterqvam qvod dictae *Novell. 89. caput 9.* de femina, qvae cum Alio qvoqve fornicata est, explicanda sit [Hoc enim denotare τὸ Peccati vocabulũ probat *Nov. 74. in praef. §. 1. in fin. & de sumta inde Auth. praeterea C. de nat. lib.*] satis hoc ex *Nov. 89. c. 15. pr. refutatur. Conferatur Joh. Strauch. diss. ff. 4. aph. 3.* Si tamen autoritati Principis hâc in parte qvid dandum esset, *ex Andr. Gailio 2. obs. 142.* distingvi posset inter legitimationem veram & Dispensationem. *vide cap. 12. per venerabilem extr. qui filii sint legitimi, sub initio, ibi: dispensavit. adde Decium cons. 274. n. 3.*

§. 17.

Caeterùm cum Jure Divinô eoqve tàm Veteri qvàm Novo *Henr. Hahn ad π. Wesenb. tit. ff. de Concubin. n. 3.* Jure Canonico *cap. nemo c. dicat 32. qvaest 4. c. audite distinct. 34.* [non obstante can. is qvi dist. 34.] & Recessibus imperii *de anno 1530. tit.* von leichtfertigen Beywohnen. *25.* Lands-Ordnung Elect. Mauritii *de anno 1550.*

1550. tit. von verdächtigen. *B. Carpzov qu. crim. p. 2. quæst. 20. num. 38.* concubitus sit prohibitus omnisque concubitus pro Fornicatione habeatur, nulli quoque Hodie (apud Christianos maximè) erunt Naturales, differentiâ omni inter Naturales & Spurios sublatâ. *Gregorius Tholos. lib. 45. Syntagm. juris cap. 6.*

Unde & *Jac. Cujacius lib. 5. obs. cap. 6. in fin.* putat ex Concubinâ natos hodie non legitimari, quod idem sint quod Spurii.

Sed tamen cùm quotidiè liberos Extra matrimonium natos Legitimari videamus, dicendum, non quidem Verè naturales hodie dari, sed quosdam pro talibus quoad effectum legitimationis Haberi: quo respectu nihilominus & hodie inter Naturales, Vulgo quæsitos & Spurios differentiam esse *dicit Joh. Strauch. diss. ff. 4. aph. 2.* Adeoque procedit legitimatio hodiernis moribus & jure canonico in omnibus, qui Extra matrimonium nati sunt, modò Parentes tales fuerint, ut inter eos tempore nativitatis legitimum matrimonium esse potuerit. *Did. Covarruv. de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 2. n 3. Molinæus 2. disp. 172. num. 3. junge Mevium ad jus Lubecc. p. 2. pag. 141. n. 11.*

§. 18.

Non sunt huc referendi liberi Ante nuptias quidem concepti, sed in matrimonio nati. Ratio, quia tales sunt Verè legitimi. Quotiescunque enim de statu liberorum dubitatur, non Conceptionis sed partus tempus inspicitur *l. 11. C. de natural. liber.* Multò minus in Naturalium censum veniunt liberi qui à sponsis Ante ἱερολογίας interventum concepti & Post nuptias nati sunt. Ratio, quia solennitas hæc, utut maximè Necessaria sit ad consummationem matrimonii *Joh. Philippi usus practic. lib. 1. Inst. t. 10. ecloga 61.* tamen non est de Essentia conjugii. Solo quippe consensu nuptiæ constituuntur. *Reinh. Bachov. ad π. Wesenb. ff. de ritu Nupt. num. 2. verbis: aut publica sunt. Henr. Hahn. ad Wesenb. eod. tit. n. 5.* Quâ ratione & illi legitimi erunt, qui à Sponsis ante benedictionem sacerdotalem nati sunt.

§. 19.

Quæ ad FORMAM in singulis legitimationum Speciebus s. Modis observandam faciunt, illa inferius *§. 42. & seqq.* proponentur: nunc in Genere monendum, quod ad legitimationis actum requiratur Consensus liberorum naturalium *arg. l. 11. ff. de his qui sui vel alieni juris. Nov. 89. c. 11. W. Ludw. ex. 2. th. 7. lit. C.*

 Ubi

Ubi qvidem qvoad legitimationem per Rescriptum principis & oblationem Curiæ Dd. communiter consentiunt; qvoad legitimationem verò per subseqvens Matrimonium dubium videtur: tum qvod legitimatio sit effectus Matrimonii, tùm qvod per fictionem juris (ex qvorundam Dd. sententia *de qvibus §. 9. diximus*) matrimonium ad tempus Nativitatis retrotrahatur. *Did. Covarruv. de Sponsal. p. 2. c. 8. §. 2. n. 25.* Sed verò cùm expressam Legem hâc de re habeamus *in Nov. 89. c. 11.* Rationem non admittimus in contrarium, indeq; Consensum liberorum legitimarum omnimodis reqvirimus.

§. 20.

Sed qvid si liberi Neqveant consentire, vel propter defectum Judicii, uti furiosus & infans: vel propter Absentiam? & statuunt Dd. communiter, tales nihilominus legitimari posse, modò posteà eorum Ratihabitio accedat. Ratio, qvia in dictâ *Nov. 89. præf. cap. 11.* liberorum Ratihabitio tantùm reqviritur. *jungatur l. 42. ff. de adoption. l. 2. C. de Emancipation. liberor. Andr. Tiraqvell. de nobilit. cap. 6. n. 19.*

Qvod tamen in legitimatione per subseqvens Matrimonium ægrè procedere videtur. Qvia enim legitimatio necessarius effectus Matrimonii est, semel existens non poterit tolli per dissensum fortè subseqventem: qvod omninò fieri posset, si à ratihabitione inseqventi penderet. Non tamen absurdum aut in jure adeò infreqvens est, ut alicujus dissensu ab initio qvidem aliqvid impediatur, Posteà verò semel factum non revocetur. Nec opus est ut dicatur, effectum hunc esse in Pendenti usq; dum Ratihabitio accedat. Si enim tempore Intermedio filius naturalis nec legitimus nec illegitimus esset, in potestate patria & non in potestate patria. Id qvod ratio juris nostri non patitur. Ne dicam qvàm multa alioqvin incommoda exinde qvoad Successiones hereditarias exorirentur.

§. 21.

EFFECTUS legitimationis Primarius est, ut liberi naturales & spurii Natalibus s. Ingenuitati restituantur. *Nov. 74. c. 1. & Nov. 89. c. 9.* Unde dicitur qvòd legitimatio omnem Maculam & Infamiam tollat *l. fin. ff. de Natalib. restituendis. Gabr. Palæottus de Spuriis cap. 55. n. 6. Andr. Gail. 2. obs. 140. n. 3.* Ut hinc legitimati in collegium Opificum omninò recipiendi sint *B. Carpzov. p. 2. const. 6. def. 12.* sive sint legitimati per subseqvens Matrimonium sive per Rescriptum principis

aut

aut per Comitem Palatinum. *Ben.Carpzov. ibid. Def. 16.* & ad qvosvis Honores etiam Doctoratus gradum, *Fulv.Pacian.l.2.de probat.c. 41.n. 122.Georg.Chr.Walther.de statu Doctor.c.6.§.20.* & Assessoratus dignitatem provehi possint. *Svarez.in comm.opin.litt.L.n. 117.*

Licet legitimatum ab Imperatore dignitatum Ecclesiasticarum incapacem dicant *ad c. Tanta 6.extr. qvi filii sint legitimi. Anton. de Butrio in cap.per venerabilem & Cortius consf.13.* fortè qvia solus Papa qvoad Ecclesiastica jurisdictionem habet. Nostrates verò taliter legitimatum ad munera qvoqꝫ Ecclesistica promoveri posse concedunt, utpote Principibus Secularibus potestatem in Ecclesiasticis, qvoad externa, concedentes.

Sed an legitimatus sit Nobilis & Insignia patris sui portare potest? Negat *Andr.Tiraqvell.de Nobilit.c.15.n.17.* Distingvunt alii inter legitimatum per subseqvens Matrimonium & per Rescriptum principis: de illo Affirmant *Henr. Bocerus de Regalib.c.2.n. 26.* sive uxor nobilis sive ignobilis fuerit. Cùm nobilitas à Patre, non à Matre dependeat; qvod tamen secus est in Germaniâ. *Matth. Stephani de Nobilit.c.5.n.69.* de hoc Negat *Matth.Stephani d.l.n.92.Ludov. de Ubaldi de success. ab intestato fol.9. col.4.* nisi Specialiter princeps hoc concesserit. *Ben.Carpzov.p.2.const.5.Def. 16. n. 6.* Sed taliter legitimatos Nobiles qvoqve fieri verius fortè est: cum Princeps autoritate sua Omnem maculam adimat & natalibus suis per Omnia legitimatos restituat. Qvod etiam in legitimatis per Comitem Palatinum, si Nobilium liberos legitimandi facultatem habeat, procedere dicendum est. Ratio, qvia Comes Palatinus autoritate Principis utitur. *Jac. Menoch.lib.4.præsumpt.79.n.10.Rota Romana p.1.Decis.357.n. 7.*

§. 22.

Cùm & Primogenitura qvædam dignitas sit, *Andr. Tiraqvell. de jure primogenit.qv 34.n.37.* placet hîc tractare, numqvid etiam jus Primogenituræ competat Legitimatis? & Distingvendum est inter legitimationem per Rescriptum principis & per subseqvens Matrimonium: de illis indistinctè Negatur; qvoad hos iterum Distingvitur inter natos ex eadem Concubina jam-uxore, & inter natos ex intertermedio Matrimonio. Si illos respicias, jus primogenituræ legitimatis competere Affirmo. Ratio qvia & Nativitate & Legitimitate sive matrimonio cæteros antecedunt. Si autem hos respicias, tunc Nego. *confer. §. 9.* Non obstante qvòd legitimati ætate sint Majores.

 Ad

Ad primògenituram enim obtinendam reqviritur non solùm ut qvis sit Primò natus, sed ut etiam sit Legitimus. Cùm ergò tempore intermedii matrimonii (ex qvo Legitimi nascuntur) post legitimati adhuc Illegitimi fuerint, non possunt jus primogenituræ jam qvæsitum auferre. Qvod attinet exemplum Stuarti Scotiæ Regis, qvi filios legitimatos ex Elisabetha natos, legitimis Eyphemiæ Conjugis filiis in regno transferendo prætulit, Speciale planè est, hocqꝫ insimul notandum, qvod à Parlamento id demum obtinere debuerit. Qvod & in aliis terris, si Procerum consensus vel Consvetudo contraria prævalet, obtinere potest. *Andr. Tiraq. de jure primogenituræ qvæst. 34. n. 50. Rein. Bachov. ad Treutler. vol. 2. D. 16. th. 2. litt. D.*

§. 23.

Secundus EFFECTUS est ut legitimati pro liberis Legitimis habeantur iisqꝫ per omnia Exæqventur. *Nov. 89. c. 9. §. 1. & l. 5. C. de natural. liber. Johan. del Castello de conjecturis ultim. volunt. cap. 22. n. 40.* Unde sub appellatione Liberorum legitimati qvoqve veniunt, & lex vel statutum de Liberis disponens ad legitimatos qvoqve extendenda. *Castr. in l. fin. C. de his qvi veniam ætatis impetr. Decius in cap. cum in cunctis n. 19. extr. de Elect. & conf. 155.* cum statuta recipiant interpretationem passivam à jure communi. *Georg. Franzk. ad ff. de legibus n. 16.*

Ex qvo simul seqvitur, stante Statuto qvod extantibus Masculis Filia excludatur à successione, Legitimatum qvoqve Feminas excludere. Et licet *Andr. Gail. 2. obs. 141.* hoc tantùm de legitimatis per subseqvens Matrimonium verum esse velit, de legitimatis autem per Rescriptum principis neget *obs. 140.* post aliàs hanc potissimùm adducens rationem, qvòd legitimatus per subseqvens Matrimonium sit Verè legitimus, legitimatus verò per Rescriptum principis Fictè talis, & qvòd verba Statuti in Proprio & potiori sensu sint accipienda, hancqve sententiam post *Joach. Mynsing. 3. obs. 62.* in Camera receptam esse dicat.

Contrarium tamen in Theoriâ prævalere ex dictis apparet. Nam legitimati per Rescriptum principis per omnia exæqvati sunt Legitimis, & nihil ab iis differre dicuntur. *Nov. 98. c. 9.* Præterea (*uti qvoqꝫ supra §. 7. dictum*) tàm legitimati per subseqvens Matrimonium qvàm per Rescriptum principis non sunt Verè legitimi nati. Cùm omnis legitimatio sit Commentum juris. Accedit qvòd ratio Statuti talis

vide-

videatur in Conservatione familiæ posita esse; sed in feminis expirat; legitimati autem per Rescriptum principis non minus Familiæ jura qvàm legitimi conseqvuntur. *Val. Forst. de successiòn. lib. 6. c. 38. n. 1. Rein. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 2. th. 7. litt. C.* ubi tamen hoc limitat in legitimatis Post filias natas & existentes, utpote qvod hæc sit Irregularis legitimatio. *Val. Forst. de successìon. cap 37. n. 34.* etiam qvoad legitimatos per Comitem Palatinum limitat. *n. 35.*

§. 24.

Tertius EFFECTUS legitimationis est jus Patriæ potestatis *§. fin. J. de Nupt. Nov. 89. c. 9. §. 1.* Legitimatio enim ex postfacto Nuptias justas efficit, *uti ait Joh. Strauch. diss. ff. 4. aph. 1.* in Patriâ autem potestate sunt liberi ex justis Nuptiis proccreati. *pr. J. de patria potestate.*

§. 25.

Qvartus EFFECTUS legitimationis est jus Familiæ & Agnationis; *Joh. Borchold. de grad. rubr. de success. liber. per Rescript. princip.* Unde etiam Post testamentum factum Legitimati, ut reliqvi Posthumi testamentum Rumpunt. Agnoscuntur enim patri. Verum hoc est non tantùm qvoad legitimatum per subseqvens matrimonium, sed etiam qvoad legitimatum per Rescriptum Principis; modò legitimatio hæc posterior fiat Vivente patre vel eo Sciente. *Georg. Franzk. ad L. Gallus D. 1. M. 1. S. 11. n. 25. & seqq.*

§. 26.

Qvintus EFFECTUS est jus Suitatis *§. 2. J. de hæred. qval. & differ. §. 2. J. de hæredit. quæ ab intestato. l. 12. ff. qvi testam. fac. poss.*

Debetur ergo iis Legitima *Novell. 12. c. 4. f.* sine onere & gravamine exsolvenda, etiamsi per Comitem Palatinum legitimati sint. *Decius consf. 288.* Indeq; habent qverelam Inofficiosi testamenti. Hæc enim omnibus competit, qvibus Legitima relinqvenda est. *Georg. Franzk. ad ff. de inoff. testam. n. 20. Benedictus. de Barziis de liber. non legitimè natis.* Aliud est si legitimati sint per Rescriptum principis Post mortem patris & Citra ejus voluntatem. *arg. l. 6 pr. ff. de injusto rupto & irrito testam. Val Forster. de succession. lib. 6. c. 37. n. 30.* Habent etiam qverelam Inofficiosæ donationis *arg. l. 1. & t. t. C. de inffiociosis*

dona-

donation. Nec minùs Donationem *ex l. 8. C. de revocand. donation.* reſcindunt.

§. 27.

Quæritur, an legitimatus in feudo qvoqve ſuccedat? & Diſtingvunt plerumqve Dd. inter legitimatum per ſubſeqvens Matrimonium & inter legitimatum per Reſcriptum principis: illum ſuccedere Aſſerunt *G. Ad Struvius Synopſi feudali c. 9. aph. 3. p. 305. Val. Forſter. de ſucceſſion. lib. 6. c. 29. n. 11.* hunc verò Non; niſi expreſsè princeps ad ſucceſſionem Feudalem legitimaverit. *vide Andr. Gail. 2. obſ. 142. n. 12.*

Qvæ ſententia licet alicubi in Praxi obſervetur, contraria tamen (qvod legitimatus in Feudis non ſuccedat) veritati Theoreticæ magis vicina videtur. Ratio 1. eſt, qvia omnis legitimatio eſt Fictio & qvidem juris Civilis. Fictio verò ultra jus, qvod fingit, non operatur: unde in jure Feudali non attenditur. 2. qvia *§. naturales 2. feud. 26.* Generaliter de omnibus legitimatis loqvitur, tàm legitimatis per Reſcriptum principis qvàm legitimatis per ſubſeqvens Matrimonium. Dicitur enim: ſive ſoli ſint ſive non. Extantibus verò legitimis legitimatio per ſubſeqvens Matrimonium qvidem locum habet, ſed non illa qvæ fit Reſcriptio principis. *Reinh. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 2. th. 6. litt. F. Henr. Hahn. ad π. Weſenb. 1. ff. 6. n. 2. p. 94.*

§. 28.

Poſitâ tamen illâ ſententiâ, legitimatum per ſubſeqvens Matrimonium ſuccedere in Feudo & Principem legitimare poſſe in ſpecie aliqvem ut ſuccedat in Feudo; non tamen procedit ſi verba inveſtituræ reſpiciant initium Nativitatis & Originis, putà ſi feudum ſit alicui conceſſum pro ſe & liberis Legitime natis, vor ihm und ſeine Ehelich-gebohrne Leibes-Erben. *Georg. Fransk. L. 3. Reſol. 1. n. 202. & ſeqq.*

§. 29.

Emphytevſin eamqve Civilem qvod ſpectat, uterqve (i. e. tàm Reſcripto principis qvàm per Matrimonium ſubſeqvens legitimatus) ſine dubio ſuccedit. Sed ab emphytevſeos Eccleſiaſticæ ſucceſſione Dd. *à Val. Forſtero lib. 6. de ſucceſſione c. 37. n. 18. allegati* eum qvi per Reſcriptum principis legitimatus eſt, excludunt. Cur? propter nobili-

bili-

bilitatem Ecclesiæ concedentis, qvæ taliter Natos abhorret, cùm sine peccato mortali concipi non potuerint. *Ita Alexander apud Val. Forsterum d. l.*

§. 30.

Sextus EFFECTUS (isq; non tàm Primus qvàm Ortus à primo) legitimationis est, qvòd Legitimatis (si fortè ab aliqvo Illegitimorum colluviei scienter adhuc annumerentur) actio Injuriarum competat. *Phil. Decius consf.102.* Imò si qvis contra Privilegium legitimationis à principe indultum Bastardum qvempiam appellat, non solùm actione Injuriarum tenetur, sed etiam Pœnæ legitimationis instrumento insertæ (v. c. Funffzig Marck löthiges Goldes) subjici potest, *Joh. Harprecht. comm. ad §. 1. J. de Injuriis n. 54. 55. p. 197.* institutâ condictione ex Lege vel actione in Factum. *Mart. Müllerus in discursu de jure Legitimandi th. 54. p. 54.*

§. 31.

Inter AFFINIA Legitimationis occurrit (Imo) loco Dispensatio. Hæc contingit, cum Princeps ex plenitudine potestatis liberos Naturales, legitimationis tamen Incapaces, vel eo casu qvo Legitimatio prohibita est, *Ludov. de Sard. de Legitimat. p. 7. q. 1.* ad aliqvos Actus & certis Conditionibus legitimat. Dispensatio ergò locum habet qvando Legitimatio cessat.

§. 32.

Qvod si igitur Princeps legitimat Naturales extantibus aliis Legitimis, vel absqve prævia patris Supplicatione, non erit Legitimatio, sed Dispensatio. Cum enim hisce in casibus principi potestatem Legitimandi omninò negare neqveamus, Dispensatio erit dicenda. Ita qvamqvam adulterini, incestuosi & reliqvi ex damnato coitu nati Legitimari neqveant. *Nov. 189. c. 6.* circa eorum tamen legitimitatem Dispensare potest Princeps vel Pontifex Romanus. *cap. per venerabilem X. qvi filii sint legitimi. Paul. Castrensf. consf. 30. v. 1. Socinus consf. 65. col. fin. vol. 3. Decius consf. 337. col. 2. Ludovicus Gozadinus consf. 88. n. 6.*

§. 33.

Qvia Dispensatio hæc remedium Extraordinarium est, seqvitur qvod facultate Legitimandi alicui concessâ, Dispensatio non veniat. Non obstat, qvod Privilegia principis Latè sint interpretanda. Nam princeps Legitimandi potestatem concedens de Dispensa-

tione, utpote Extraordinario remedio, cogitâsse non præsumitur. Virtus verò privilegii in Voluntate principis potissimum consistit. *Franzk. ad ff. de LL. n 58.* Facit huc & illud, qvod Dispensatio sit Stricti juris ac Odiosa & propterea potius Restringenda; Legitimatio verò Favorabilis ideoq; Extendenda magis. *c. 1. & 2. de filiis Presbyt. in 6to.*

§. 34.

Potest huc referri qvæstio illa, an liberi ex matrimonio jure Prohibito nati verè Legitimi efficiantur, cum Princeps vel Pontifex circa matrimonium Dispensat & pro Legitimo id declarat? & distingvendum est, utrum matrimonium contra jus Naturale, Gentium aut Divinum, an verò contra jus Civile aut Canonicum sit contractum. Posteriori casu dico, verè Legitimari, utpote matrimonio Legitimo & justo declarato. Priori verò casu, cum nec Principis nec Romani Pontificis autoritas contra jus Naturale Gentium aut Divinum qvicqvam valeat, sicq; matrimonium contra jura hæc confirmare neqveat, audenter Nego.

§. 35.

Inter Legitimationem & Dispensationem multum interest, cumprimis ratione Effectuum. Nam hæc jura Patriæ potestatis, Familiæ, Suitatis, Succedendi ab intestato & inde fluentes Actiones non producit: unde is qvi ad Certam partem bonorum patris naturalis taliter Legitimatus est, eâ portione contentus esse debet, nec ut legitimus Legitimam petere potest. *Jason. in rubr. ff. de liber. & posthum. col. 2. n. 3. & 14.*

Ita qvoqve, qvod supra §. 23. de Legitimatione dictum, Feminas excludi per Legitimatum (stante statuto eo qvod Feminæ non succedant extantibus Masculis legitimis,) in Dispensatione fallit. Ratio, qvia per Dispensationem legitimati appellatione Legitimorum (regulariter) non comprehenduntur. *Covarr. de Sponsal. p. 2. c. 8. §. 8. n. 4.*

Sic etiam (*secundùm Dd. mentem*) Agnati & omnes ab Intestato succedentes citari debent ad legitimationem per Dispensationem principis. *vid. Socinum conf. 65. v. 3. Ludov. Gozadinum conf. 85. n. 6.* qvod tamen in Legitimatione verâ absolutè necessarium non est. *videatur infra. §. 71.* Tandem in genere qvoq; dicendum, qvod Legitimatio Omnem maculam tollat & per Universa natalibus legiti-

gitimatos restituat; Dispensatio verò saltem secundùm Qvid & in certo casu: ita ut liberi extra casum dispensationis pro legitimis neqvaqvam habeantur. *Gail.2.obs.142.in fin.*

Plures differentias Dispensationis & Legitimationis perseqvuntur *Gozad.cons.6.Decius cons.38.Covarruv.de Matrimon.part.2.c.8.§.8.Gail.2.obs.142.n.6.ibiq; citati.*

§. 36.

AFFINIBUS Legitimationis accedit (2do) Adoptio, qvam Anastasius Imp. inter ipsos legitimandi Modos adsciverat *L. 6. C. de natural.liber.* sed odio concubinariæ conjunctionis improbavit postea Justinus Imp. *l. 7.C.de natural.liber.* ut & Justinianus Imp. *Nov.74.c.3.Nov.89.c.11.§.2,& c.7.fin.*

§. 37.

(3tiò) Nominatio filii. Nam si pater filios suos Naturales aut Unum saltem ex iis in instrumento publico vel apud acta vel in testamento filium aut filiam suam nominat, eo casu omnes fiunt Legitimi. *Nov.117.c.2.Justi Mejeri C.J.A.tit.ff.de concubinis §.15.p.152.*

Sed hanc referunt Dd. plerumq; ad legitimationem per subseqvens Matrimonium. *Did.Covarruv.de Sponsalib.p.2.c. 8. §. 7.* qvia est potius legitimarum Nuptiarum argumentum, qvàm Legitimationis modus. *Just.Mejerus d.l.* nam ex nominatione filii lex præsumit Matrimonium inter patrem & matrem fuisse; si verò liqvidò constat, feminam pro Concubinâ habitam fuisse, cessat ista præsumptio. *Reinh. Bachov.in π.p.256.n.12.*

§. 38.

Sed qvid (4to) dicendum de Legitimatione per Testamentum patris à principe confirmatum, *de qvâ Nov.89.c.10?* Referri posse eam ad legitimationem per Rescriptum principis utpote unde suam Perfectionem petit, patet *ex d.Nov.89.c.10.*

§. 39.

Cur autem inter Affinia (5to loco) locare nolim ingressum in Monasterium colligere licet ex iis, qvæ infra *§.48.* dicentur. Qvicqvid etiam alii putent, referente *H. Treutlero vol.1.disp.2.th.6.E.*

§. 40.

Dicendum nunc esset de OPPOSITIS legitimationis; sed qvia

illorum in aliis thefibus mentio vel fiet vel facta fuit, in nudo allegationis & remiffionis labore acqviefcam.

§. 41.

Inter ea igitur qvæ legitimationem (1) Tollere videntur, funt 1. Abrogatio Curialis conditionis. *videatur infra* §. 47. 2. Defectus reqvifitorum qvæ ad formandam legitimationem per fubfeqvens Matrimonium aut per Refcriptum principis fpectant *videatur* §. 12. 34. 32. 51. *item* 57. 65 Non autem huc fpectat fupervenientia aliorum Legitimorum liberorum. *videatur* §. 66. Qvæ autem legitimationem (2) Sufpendunt & differunt, funt 1. Intermedium matrimonium, qvo ftante legitimatio per Matrimonium fubfeqvens retardatur, qvia tunc pater concubinam non poteft uxorem ducere *arg.* §. 6. *f. J. de nuptiis* 2. Si Spurietatis fpecies & gradus in libello fupplice principi fignificata non fuerit, *vide* §. 69. 70. nam in hoc cafu, qvò fieri poteft ut fpurietas adeò contra Naturam fit & fcandalofa, ut princeps, fi fciret, non impertiret legitimationem, impediri legitimationem putat *Palaottus de Spuriis & Did. Covarruv. de fponfal. p. 2. c. 8. §. 9. num 4. Ant. Faber. in Cod. lib. 5. def. 5. lit. 16.* Sed tam diu folùm, donec princeps iterũ adeatur & illegitimitas ingenuè & exprefsè indicetur. *Mart. Mullerus in difcurfu de jure Legitimandi* §. 55. *p.* 55. & §. 44. *p.* 43.

Pars
POSTERIOR
producens
SPECIALIORA.

§ 42.

SPECIES feu MODI Legitimationis funt Tres: 1. per oblationem Curiæ, 2. per fubfeqvens Matrimonium, 3. per refcriptum Principis.

§. 43.

Legitimatio per OBLATIONEM CURIÆ eft, cùm filii Curiæ offeruntur vel filiæ Curialibus copulantur *l. 3. C. de natural. liber. Nov. 89. c. 2.* Vocatur aliàs legitimatio per tranfitum ad Curiam. *Nov. 89. c. 6. in fin.*

§ 44.

§. 44.

Denotat hîc Curiâ non Aulam principis [qvô errore fortè ductus Accursius *ad §. fin. I. de Nupt.* statuit, legitimari aliqvem eo ipso qvòd in Ministerium principis detur.] sed ordinem Decurionum *arg. l. 4. C. de natur. liber.* ubi pater filium Curiæ offerens dicitur muneribus Municipalibus aggregare filium & patriæ principalem donare.

§. 45.

Erat Ordo Decurionum in Municipiis idem qvod Romæ ordo Senatorius: unde & Senatores curiæ dicuntur *l. 33. C. de Decur. & l. 36. C. eod.* & Senatoribus æqviparantur. Uti enim Senatores Romæ, ita Decuriones in municipiis consilii publici causâ legebantur. *J. I. Wissenbach vol. 2. Disp. ff. 40. §. 11. p. 1109.* Decuriones dicti sunt ex eo, qvod olim, cùm Coloniæ deducerentur, Decima pars eorum qvi deducebantur, Consilii publici causâ conscriberetur. *l. 239. §. 5. ff. de V. S.*

Officium decurionum, utut Dignitas & honor qvidam esset *l. 5. ff. de vacat. & excusat. muner. l. 12. §. ult. ff. de Decurion.* variis tamen Oneribus & negotiis implicatum erat, adeò ut qvilibet eo potius Liberari qvàm honorari peteret. Unde, ne fortè deessent, qvi munus hoc subirent, varia Privilegia constituta sunt. *Ant. Perez in C. de Decurion. n. 58.* Cumprimis autem Theodosius Imp. motus fuit, ut filios naturales Legitimos pronunciaverit, si Decurionatus officio offerrentur. *l 3. C. de natur. lib.* Idem posteà à Leone Imp. *l. 4. C. eod.* & Justiniano Imp. *Nov. 89. c. 9.* confirmatum fuit.

§. 46.

Offerebat autem vel Pater ipse FILIUM naturalem, vel mortuo eo Filii naturales semetipsos offerre poterant. Hoc tamen procedebat tunc demum, si non extabant alii liberi legitimi; cùm econtra Patri, etiam extantibus liberis legitimis id permitteretur. *Nov. 89. c. 2. §. 1. junctâ l. 9. §. 2. 3. C. de natur. liber.* Similiter in favorem curiæ introductum est, ut, si FILIÆ naturales cum Curialibus copularentur, Legitimarentur *l. 3. C. de natural. liber Nov. 89. c. 2. & 3.* Eccujus verò municipii curialibus naturales Filiæ elocandæ fuerint, vel cujus municipii curiæ Filii naturales offerri debuerint, videre licet *in allegatâ l. 3. C. de natur. liber.*

§. 47.

Hic tamen modus, mutato hodie Reipublicæ Romanæ statu, penitus exolevit. *Ortolph. Fomann. Diss. ad Inst. 3. th. 30. lit. B. p. 56. Rittersh. in expos. method. Nov. p. 4. c. 12. n. 10. G. Schulz. Synops. ad tit. I. de nuptiis lit. I. p. 102.*

§. 48.

Imò non penitus expirâsse legitimationem per oblationem Curiæ, qvidam ex eo contendunt, qvod in ejus locum successerit Oblatio filii naturalis CURIÆ CÆLESTI & MONASTERIO facta. *Gvilielm. Cuneo & alii Dd. apud Did. Covarruvium de matrimonio, parte 2. c. 8. §. 7. n. 6. p. 223. & Simon Groenwegen de legib. abrogatis.* Probat qvoqve hanc legitimationem *Baldus in l. 1. n. 33. v. juxta hoc qværo column. pen. C. de SS. Eccles.* ubi dicit, valere legatum Spurio à patre relictum sub conditione, si Monasterium ingrediatur, cùm ob eam Ingressionem censeatur legitimatus, eâdem ratione qvâ qvis per curiæ Oblationem legitimatur.

Sed hæc minus rectè. Nam curiæ oblatus multa Onera decurionatus subire necesse habuit; Sed onerum nomine Sacra, qvibus Monachus se mancipat, venire neqveunt. Accedit, qvòd Monachus non Patris sed Abbatis potestati subjiciatur. *Habn. ad π. Wesenbecii tit. de his qvi sui vel alieni juris n. 2. p. 95. col. 2.*

§. 49.

Placet hîc illam qvæstionem proponere, an Naturalis filia vel Spuria, qvæ Legitimè nato COPULATUR, eo ipso ita legitima efficiatur, uti olim ea, qvæ cum Decurione matrimonium iniit? Respondendum autem est, qvod Non. Ratio, qvia nullibi in jure nostro inter Legitimandi modos Matrimonium tale refertur. *Ern. Fridr. Schröter. in de Legitimatione disputatione (habitâ Jenæ 1658.) sect. 4. qv. 1.*

Nec obstat 1. qvod Uxor per maritum sanctificari dicatur *1. Corinth. 7. v. 14.* cùm ibi sermo sit de uxore incredula, non verò Illegitima; & aliud est Sanctificare aliud Legitimare.

Nec 2. Obstat, qvod matrimonium sit omnium Jurium communicatio *arg. l. 1. ff. de rit. nupt.* Cum hoc intelligi debeat de Juribus qvæ communicari possunt, qvalis tamen non est nativitas Legitima: aliud est in Nobilitate & dignitate, qvam sine dubio Uxor à Marito conseqvitur. *l. 13. C. de Dignitatib. & ibi Gothofr.*

§. 50.

§. 50.

Legitimatio per SUBSEQVENS MATRIMONIUM est, cum qvis Concubinam suam, ex qvâ liberos sustulit, in Uxorem ducit. *l. 5. 6. C. de natural. liber. Nov. 89. c. 8. Dn. Henr. Rudolph. Redeker. P. P. academ. Rostochiensis in Exam. Inst. tit. 10. §. 65.*

§. 51.

Fundamentum & Causa hujus legitimationis à parte Parentum [nam à parte Filii legitimandi reqviritur Consensus aut Ratihabitio. *W. Ludwel ex. 2. th. 6. lit. C.*] est Matrimonium, & qvidem Justum sive Legitimè initum, *G. Ad. Struv. ex. 3. th 50. p. 92.* cùm injusti & illegitimi nullus sit effectus. Hinc infero (1mò) talem concubinam esse debere, cum qvâ Matrimonium contrahi possit *§. fin. I. de Nupt.* Undè cùm inter feminam Ignobilem & virum Nobilem matrimonium per se constare possit, cùm Nobilitas sit de Accidentalibus matrimonii. *Georg. Franzk. ad I. pr. de Nupt.* nullum dubium est, qvin nobilis ignobilem concubinam in uxorem ducere possit; licet Olim inter Liberum & Ancillam, Senatorem & Plebejam nullum matrimonium esse constiterit. Hodie enim id mutatum est. *vide Schurf. cent. 2. consf. 56. n. 4.*

§. 52.

Non sufficit verò, tempore Nativitatis concubinam uxorem esse posse, sed reqviritur ut tempore Conceptionis talis sit, *per ea qvæ tradit Rein. Bachov. in πρ. pag. 252. & ad Treutler. vol. 2. disp. 2. th. 6. lit. F. verbis: si matrimonium,* ubi simul distingvit, an tempore conceptionis fuerit Impedimentum juris Divini Naturalis & Gentium, an verò juris Civilis: ut posteriori casu ex consvetudine & jure Canonico legitimatio vera procedat, si tempore Nativitatis impedimentum illud sublatum sit.

§. 53.

(2dò) infero Dotalia instrumenta tàm de jure Canonico qvàm de jure Civili non reqviri ad legitimationem per subseqvens matrimonium. Sunt enim dotalia instrumenta non de Essentiâ nuptiarum: cum sine dote & solo affectu ea contrahantur. *l. 10. pr. C. de rep. id. Nov. 117. cap. 3.* Iis ergo licet non adhibitis matrimonium erit verum & legitimum, & per conseqvens legitimatio tanqvam effectus

ejus

ejus necessariò qvoqve procedet. Qvò facit omninò, qvòd aliàs liberi ex paupere concubina (utpote qvæ dotem dare neqvit) nati legitimari non possint, *Georg. Fransk. Exerc. 2. qvæst. 8.* Qvicqvid contradicat Bachovius *ad Inst. § fin. de Nupt. n. 7.* à negativâ, *qvam in comm. ad Treutlerum defendit*, recedens: nullo enim textu probari poterit, Nuptialia instrumenta aliud qvid qvàm Dotalia denotare, aut ad Essentiam matrimonii vel legitimationis per subseqvens matrimonium reqviri. Utut enim plurimis in locis eorum mentio fiat, nihil tamen aliud inde colligere licet, qvàm qvod plerumqve in contrahendis nuptiis adhibita fuerint, & ad Probationem matrimonii multum faciant. Qvid? qvod etiam textus sit *in l. 5. C. de natural. lib.* ubi nulla eorum mentio reperitur. Et si concedamus, Instrumenta Nuptialia dici non qvæ de Dote disponunt, sed qvæ contractas nuptias probent, *uti vult Bachov. in πϛ. p. 255.* proprio tamen se jugulat gladio. Si enim ad probationem saltem faciunt, non sunt de Essentia matrimonii constituendi vel probandi: cùm alio modo constitui aut constitutum per testes probari possit. *arg. l. 4. ff. de pignorib.*

§. 54.

(3) Non interesse, utrum qvis concubinam post intermedium cum alia Uxore matrimonium duxerit in uxorem, an verò Statim. Nullibi enim post mortem Uxoris cum Concubinâ matrimonium contrahere prohibetur. Matrimonium ergò tunc est legitimum certaq; Legitimatio.

Non obstat *l. 68. in fin. ff. de jure dotium. l. 21. ff. qvi & à qvib. manum. Nov. 18. c. 5. verf. si autem, & l. 5. C. de natural. liber. vide Rein. Bachov. in πϛ. p. 249. & 250.* ubi latè hanc qvæstionem tractat & ad Dissentientium argumenta Respondet.

§. 55.

(4tò) An procedat Legitimatio per Matrimoniũ, qvod in ultimo Mortis articulo sive (*ut Hier. Drexelius alibi loqvitur*) in punctistitio Æternitatis contrahitur, valde dubito, *vide l. 11. verb. Spem tollendæ sobolis habeant C. de natural. liber.* Tale enim matrimonium ita comparatum est, ut neqve primarius neqve secundarius conjunctionis matrimonialis Finis obtineri qveat, idq; tùm ob Personæ inhabilitatem, tùm ob Temporis brevitatem. *confer §. 1. verb. Individuam vitæ*

con-

consvetudinem J. de patr. potestate. Nec obstat, qvòd Nuptiæ Consensu contrahi dicantur. Cùm non nudus Consensus sufficiat, sed qvi ad finem matrimonii directus est: & insimul illud verum sit, cæteris paribus i. e. si nimirum Subjectum ad matrimonium dignè qvalificatum sit. Fateor tamen aliud esse in valde Ægroto & ubi adhuc spes Reconvalescentiæ est. *Rein. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 16. th. 2. lit. A.*

Contrarium communiter tenent Dd. *videatur Did. Covarruv. de sponsal. p. 2. c. 8. §. 5. Andr. Tiraqvell. in l. si nunqvam C. de revocand. donat. in verb. susceperit liberos. n. 70. Andr. Gail. lib. 2. obs. 141. n. 8. ubi ita in Camera pronunciari dicit. Hackelm. p. 1. illustr. qvæst. th. 22.* Pro qvibus qvoq; facere videtur, *l. 106. ff. de condition. & demonstr.* ex qvâ conditio hæc (si Titio non nupserit) post mortem demum extitisse probatur. Seqvitur ergo qvod ante mortem, qvocunqve tempore, adeoqve etiam in ultimo mortis articulo contrahi possit matrimonium. Enimverò neganda est conseqventia *per §. 4. Inst. de verb. obl.* Non enim sufficit, ut vivam, sed (cùm ponendi sint termini habiles) ut in tali qvoqve statu constitutus vivam, in qvô id peragere valeo. Nec obstat *l. 11. vers. licet enim hoc C. de natural. liber.* qvam *G. Ad. Struvius in ex. th. 50.* pro Affirmativa allegat. Etsi enim ibi dicatur, valere legitimationem licet ex subsecuto matrimonio nulli liberi procreati, & qvod Speratum ad effectum non pervenerit; tamen minimè probat hanc enunciationem: ergò in Agone matrimonium contrahi potest. Qvin potius præsupponit ibidem lex personas ad generandum habiles, in qvibus adhuc Spes suscipiendi prolem adest. *vide verba: qvod Speratum est d. l. 11. C. de natural. liber.* Talis autem spes in mox-morituro non per Casum aliqvem, sed per Impossibilitatem deest.

§. 56.

Notandum deniqve (5to) per subseqvens Matrimonium Avi non legitimari Nepotes.

Et qvanqvam *Andr. Facbinæus 3. controvers. 57. & W. Ludwel. D. 2. th 7. lit. G.* Affirmativam defendant; nobis tamen *cum Reinh. Bachovio ad Treutl. vol. 1. disp. 2. th. 7. lit. A. & Joh. Strauch. diss. ff. 4. aph. 8.* Negativa magis placet; sive 1. patrem adhuc vivere ponas, sive non; sive 2. nepotem ex matrimonio Legitimo, patre-tamen-

filio Naturali natum velis, sive non. Cùm enim legitimatio fiat per matrimonium: eorum utiq; intelligendum est, Ex qvibus filius naturalis natus est. Si ergo Avus cum Concubina matrimonium suum contrahat, vivente licet Filio naturali, qvid prodest hoc Nepoti? Si enim hic Legitimè natus est, legitimari ulterius opus non habet; si Illegitimè natus, nonnisi per matrimonium Patris sui legitimari potest, qvod solum est medium habile. Qvod si ergo vivente patre legitimatio patris non procedit, multò minus eo Defuncto procedet, qvia legitimationis principium debet fieri in Filio, qvo sublato non potest incipere à nepote. *Andr. Gail. 2. obs. 141. n. 19. ibid. citati Baldus & Castrensis.* Nec relevat qvod dicunt legitimari nepotem ad eum effectum, ut transeat in Familiam & Potestatem avi, & ut consequatur jus succedendi. Cùm illa transitio in familiam nonnisi per Medium habile fiat, & legitimatio ejus qvi jam Legitimus est, ad solum effectum succedendi jure Civili incognita sit, *Rein. Bachov. ad Treutl. vol. 1. D. 2. th. 7. lit. A.*

§. 57.

Legitimatio per RESCRIPTUM PRINCIPIS est cùm Princeps supplici libello à Parentibus rogatus liberos illegitimè natos jubet esse legitimos. *Nov. 89. c. 9.*

Hic modus à Justiniano Imperatore demum inventus, veteribus planè incognitus fuit. Nullibi enim sive in ff sive in C. ejus mentionem factam reperies. *Paul. Voët ad §. fin. I. de nuptiis n. 5. p. 218. Confer superius §. 5. ubi Resp. ad Obstantem l. 57. §. 1. ff. de ritu nuptiar.*

Locum habet deficiente legitimatione per subseqvens Matrimonium. Inde dicitur subsidiarius modus *Am. Eccold. ad 1. ff. 6. §. 22. p. 26.* i. e. in subsidium prioris legitimationis introductus. Cùm enim facilè contingere possit, ut qvis concubinam in uxorem ducere neqveat, puta qvod vel jamdiu mortua vel cùm alio fornicata sit, vel pater Sacerdos sit, *Nov. 59. c. 9.* tertium hunc legitimandi modum Justinianus constituit; qvô nihilominus liberi naturales (cùm iis nihil imputari posset) natalibus restituerentur.

Hic ergo notandum, qvòd legitimatio per subseqvens Matrimonium sit plenissima; ea autem, qvæ per Rescriptum principis fit, sit debilior. *Andr. Tiraqvell. de jure primigenior. qv. 34. n. 54. p. 400.*

§. 58.

§. 58.

Refertur legitimatio per rescriptum Principis inter Regalia & Reservata Principis. *Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. n. 136. ff. de judic. Henr. Bocerus de Regalibus c. 2. n. 68. Regn. Sixtinus de Regalib. lib. 1. c. 4. Job. Limnaus de jure publ. lib. 11. c. 9. num. 141.* ubi rectè notat, falsum esse, qvod Jac. Menochius *consf. 799. n. 27.* tradit, pro confirmanda legitimatione hâc Cameram Imperialem adiri posse. Esset enim hoc contra naturam Regalium, cum qvibus Cameræ imperiali nulla res est.

Competit ergo hæc per Rescriptum legitimandi facultas soli Imperatori *Nov. 89. c. 9.* vel cuilibet Principi superiorem non recognoscenti *Ludovic. de Sardis tractat. de natural. liber. rubr. de Legitim. per rescript. Princip. n. 19. Nicolaus de Ubald. in tr. de success. ab intest. p. 1. n. 82.* non verò Statibus Imperii sive superioribus sive inferioribus. *arg. Nov. 74. c. ult. Nov. 89. c. 9. pr. Angelus de Gambiglionibus consf. 119. n. 6. 7. Henr. Bocerus de Regal. cap. 2. n. 112.* Non obstante, qvod vulgò dicitur, Statum Imperii tantùm posse in suo territorio qvantum Imperator in toto imperio: qvia hoc verum qvidem est in juribus Communicatis, sed non in Reservatis. *Val. Forst. lib. 6. de success. c. 34. n. 32. & 33.*

Qvod si verò aliqvis Status imperii per tanti temporis spatium, cujus initii memoria non extat, Legitimandi beneficio usus sit, facultatem hanc Præscriptione acqvisivisse statuendum forte erit, cùm reservata principis tempore Immemoriali præscribantur, *c. 26. extr. de V. S.* taleq; tempus Privilegium inducat ac jus constituat. *l. 3. §. 4. ff. de aq. qvotid. & æstiv. l. 1. ult. ff. de aqv. pluv. arcenda. c. ult. x. de consvetudine.*

§. 59.

Numqvid verò etiam Papæ legitimandi facultatem tribuemus? si veritatem fateri volumus, negandum potius, qvia Pontifex nullam in Secularibus habere debet potestatem, *secundùm mentē Christi Matth. 20. v. 25. Luc. 22. v. 25. item Nicolai Papæ can. cum ad verum 6. in fin. dist. 96. adde Nov. 6. pr. Nov. 9. pr.* si verò legislationem Canonicam inspicimus, hanc ipsi competere omninò dicendum. *cap. per venerabilem 13. extr. qvi filii sint legitimi.* Sed utrum Jure hanc (aliasq;)

in secularibus facultatem sibi ipsi sumserit papa, an verò ex Constantini M. donatione, qvam multi catholici prætendunt, eam acceperit, supersedeo hâc vice inqvirere, ne fortè mihi exclamandum sit cum B. Mart. Luthero tomo 6. Jenensi: Wer Ohren hat zu hören/ der höre eine weidliche/ fette/ dicke/ wolgemäste rechte Päbstliche Lüge!

§. 60.

A qvibusdam Dd. refertur legitimatio per rescriptum principis ad actus Jurisdictionis, & qvidem voluntariæ: cùm in volentes exerceatur. *Benedictus de Barziis in tr. de fil. non legit. nat. n. 44. Rein. Bachov. in πρ. tit. de Jurisdict. pag. 378. n. 4.* Hujus natura cùm sit ut qvovis Loco exerceri possit. *l. 36. ff. de Adopt. l. 7. ff. de offic. proc.* seqvitur inde principem extra territorium legitimare qvoqve posse, talemqve legitimatum qvovis loco, etiam in alterius principis territorio pro legitimo haberi. *Petr. Phil. Comeus conf. 200. n. 2. vol. 1. & conf. 1. n. 18. vol. 3.* tàm qvoad jura Personalia qvam qvoad bona ibi sita, cùm res seqvatur personam ejusqve conditionem. *Roma conf. 39. col. 2. Decius conf. 201.* Licet dissentiat Joh. Limnæus *in jur. publ. lib. 4. c. 4. n. 72.*

Ex qvo simul verum apparet, à Papa legitimatum in terris qvoqve Imperii jus succedendi ab intestato habere. Postqvam scilicet jure Canonico legitimandi facultatem Papæ competere in *§. præcedenti 59.* concessimus, *secundum cap. per venerabilem 13. qvi filii sint legitimi. Nicol. Intrigliolus de substitution. cent. 3. qvæst. 65. n. 21. Anton. de Rosell. rubr. de Legitim. Clement. pr. n. 2. Nicolaus de Sardis. rubr. de legitim. per rescript. n. 11. & seqq.*

§. 61.

Procedunt tamen hactenus dicta in subdito Proprio. Alieni enim jurisdictioni subjectum si Princeps legitimat, nihil agit, sive in territorio sive extra territorium id faciat. Nemo enim potest jurisdictionem exercere in alienum subditum *l. 5. C. qvi dare Tutor. vel Curator. possunt. l. un. C. qvi pro sua jurisd. judices dare poss.* Nec obstat, qvòd Legitimatio sit actus Voluntariæ jurisdictionis, qvæ extra territorium qvoqve exerceri potest. Qvia hoc verum est, si is in qvem exercetur, sit subditus. *Henr. Bocer. de Regal. c. 12. n. 102.* Nec in hoc consistit differentia voluntariæ & contentiosæ jurisdictionis; sed qvod hæc in invitos, illa in volentes fiat. *Rein. Bachov. in πρ. ad tit. de adoption. & emancipation. p. 247.* Nec qvicqvam huc facit, qvòd qvoad Imperatorem dica-

dicatur, eum esse totius Mundi Dominum *per l. 9. ff. ad l. Rhodiam de jactu.* Cùm ibi per Mundum illa imperii Romani pars intelligatur qvæ extra mare est. *Henr. Bocerus de Regal. c. 12. n. 102. & Joh. Limnæus de jure publ. l. 4. c. 4. n. 60.*

Nec obstat qvoqve qvod Jurisdictionem unius, alterius subditus prorogare possit. *l. 1. C. de Emancip. lib.* Respondetur enim, prorogationem hanc procedere de jure Romano & in eo statu ubi plures Magistratus ab Unius imperio & Uno capite dependent; non verò in principibus Diversis & ubi uterqve Proprio territorio gaudet. *vide Andr. Fach. 3. contr. 58. & Roland. à Valle 1. cons. 88. n. 22. 23. Reinh. Bach. in πς. d. l.* Accedit qvod legitimandi jus competat unicuiqve principi ut jus Superioritatis & Majestatis in subditos, *cap. per venerabilem 13. extr. qvi filii sint legitimi & auth. præterea C. de natural liber.* non poterit ergo se Subditus alteri legitimandum clare & jurisdictioni Principis sui se subtrahere *Did. Covarruv. de Sponsal. p. 2. cap. 8. § 8. n. 43. 44.* Adde qvòd Legitimatio sit de Reservatis Principum, qvæ prorogari non possunt, *uti concludit Abbas in cap. per venerabilem 13. n. 23. extr. qvi filii sint legitimi. Anton. Gabrielius conclus. 3. n. 12. de Legitim. Roland. concl. 88. num. 34. v. 1.*

§. 62.

Ex his rationibus simul colligi potest, Papam qvoqve Alterius subditum legitimare non posse, scilicet qvoad Temporalia: nam in Spiritualibus omnes jurisdictioni ejus subjectos esse, credere jubet *c. 13. X. de judiciis;* nisi exprefsè contrarium reqviritur dispositum uti *in cap. per venerabilem 13. extr. qvi filii sint legitimi,* ubi Pontifex Romanus filios cujusdam nobilis, qvi erat sub regno Galliæ ad Hereditatem conseqvendam legitimat, & utitur hâc ratione, qvod in Spiritualibus omnes cujusqve jurisdictioni subjectos legitimare possit, multò magis ergò in Temporalibus. Hanc tamen conseqventiam non agnosco: cùm argumentatio à Majore ad minus, ubi diversa subest ratio, non procedat. vide de hâc qvæstione *Val. Forster. de succession. lib. 6. c. 33. n. 5.*

Hautqvaqvam tamen ulterius legitimationis Papalis vis se extendit, qvàm autoritas ejus. Unde cùm in terris Protestantium autoritas ejus & jurisdictio tàm in temporalibus qvàm in spiritualibus nulla sit, in illis qvoqve legitimationis papalis vis cessat. Qvod si verò

rò aliqvem suæ ditionis hominem legitimet, qvin & hic ubiq; admitti qveat, nullum est dubium: cùm tunc Pontifex non ut Pontifex, sed ut Princeps secularis consideretur.

§. 63.

Deniqve cùm Voluntariæ jurisdictionis legitimationem *§.60.* esse dixerimus, decidi inde simul potest, an Princeps vel Papa liberos Proprios si sint naturales, legitimare possit? Tales enim actus in proprios exerceri posse constat *ex l.un.§.2.ff.de offic.cons. l.5.ff. de manum.vindicta.*

§. 64.

Cæterùm hanc legitimationem non ipse Princeps immediatè semper, sed etiam Mediatè per alios exercet, qvibuscunqve scilicet id vel in specie Demandat, *Bald.in l.2.C.de precib. Imperatori offerendis. Decius consf.55.& 307.* vel per Comites Palatinos *Joh. Limnæus l.4.de jure publ.c.4.n.41.Georg.Mundius de comitib. Palatin.c.3. n.64.p.69.*

Hâc tamen differentiâ, ut dicti Comites Palatini Principum Comitum & Nobilium liberos legitimare non possint, nisi in Specie id Imperator eis concesserit. *Andr. Tiraqvell. de Nobilitate c.23.n.20. Anton.de Rosell.l.2.de legitim.§.modo viso de causa n.6.* Et debet ante omnia Comes Palatinus legitimaturus probare potestatem hanc sibi competere, editis Privilegiis desuper sibi concessis. *arg.cap.7.extr.de Privilegiis l.68.§.pro Aurelio 1.ff.de fidejuss.Decius cons.288.col.pen.n.8.& 9.* Qvia omnis Facultas dependet ex Tenore privilegii. *d.c 7.extr.de privileg.l.68.§.1.ff.de fidejuss.* Hanc facultatem Comes Palatinus alteri delegare non potest. *Regn.Sixtinus lib.1.de Regalib.c.4. n. 110.* cùm legitimatio non sit res delegabilis, pertinens qvippe ad Reservata principis. *Reinb.Bachov.ad Treutl.vol.1 D.2.th.6.litt.G.* In Gallia autem per Comites Palatinos nullam legitimationem fieri tradit *Job.Limnæus de jure publ.l.4.c.4.n.46.* Cæterum qvod attinet qvæstiones, qvæ circa legitimationem per Comitem Palatinum moveri solent, 1. num extra imperium legitimare possit? 2. num alterius subditum? 3. num Proprios liberos? ex iis qvæ de Principe dicta, qvadantenus decidi possunt. Cùm Comes Palatinus in tali actu utatur autoritate Principis,

§. 65. Pro-

§. 65.

Procedit legitimatio per Rescriptum principis tunc demum, si nulli Legitimi liberi extant, *auth.praterea C. de natural. liber. Nov. 89. c.9. Anton.Gabriel.de legitim.concl.6.* licet spes plures procreandi adhuc supersit.

Qvâ de causâ reqvirunt plerumqve Dd. ut pater in libello supplici mentionem faciat liberorum Legitimorum, si qvos habet. *Nicol. de Ubald.de successión.ab intest.part.3.n.212.Benedictus de Barziis de filiis non legitim.nat.p.48.Jac.Menoch.arbitr.qvæst.l.2.cas.203. Ant. Gabriel de legitim.concl.7.* Ne aliàs legitimatio tanqvam Sub-& Obreptitiè adepta pro Nulla habeatur. *Hartmannus Pistoris l.2.qvæst.40.n.27. Carolus Ruinus cons.73.n.14. vol.3.* licet verius sit, extantibus legitimis, legitimationem à principe factam Dispensationem magis qvàm Legitimationem esse. *Reinh. Bachov. ad Treutl. vol. 2. D. 16. th. 2. litt. F.*

Cùm ergo talis legitimatio Extraordinaria & Odiosa sit, legitimatus taliter non conseqvitur jus Succedendi, nisi citatis & consentientibus Legitimis liberis & Agnatis. Ratio, qvia in Præjudicium alterius princeps nemini Beneficium concedere potest. *Ascanius Clementinus de patr.pot.cap.5.n.62.*

§. 66.

Qvod si verò post legitimationem Rescripto principis factam Legitimi nascantur, legitimatio nihilominus sine revocatione persistit. *Henr. Bocer.class.1.disp.10.th.13.& fin.* Tùm qvia ea qvæ semel rite constituta sunt, non irritantur, etsi in casum inciderint, à qvo incipere non possunt. *§.14.Inst.de Legat.l.140.§.etsi placeat ff. de V. O. l. 85. §.1.ff.de R.J.* Tùm qvia nemo filium Temporalem habere potest.*l.34.ff. de adoption.* Tum etiam qvod Nativitatis nuspiam inter modos solvendi Patriam potestatem refertur. *Rein.Bachov.ad Treutl.vol.2. D.161 th.2.lit.F.Andr.Gail l.2.obs.142.n.5.*

Nec interest sive princeps & pater de Futuris liberis cogitaverint sive non, ad eum effectum ut non succedant, *qvod vult tamen Henr. Bocerus de Regalibus.* Cùm posito jure Suitatis etiam jus Succedendi ponatur. *§. 1. 9. & 4. J. de heredit. qvæ ab intestato.*

§.67. Le-

§. 67.

Legitimat princeps non nisi Imploratus. Oportet ergo ut ipse Pater petat à principe per supplicationem legitimari filios, vel ut post mortem patris legitimationem expetant ipsi Filii ex dispositione tamen & voluntate Patris, si fortè in testamento scripserit se velle eos legitimari. *Nov.89.c.9.& 10.*

Qvod si enim sine voluntate patris post ejus mortem liberi ipsi legitimationem petant eamq; impetrent, non tàm Legitimationem, qvàm Dispensationem esse cum *Andr.Gail.l 2.obs.142.* dicendum. Sed qvid si pater sit Furiosus? ex Æqvitate dicendum, & tunc filium legitimationem petere posse.

§ 68.

Uti præcisè non reqviritur ut Pater ipse præsens petat, sed sufficit si de voluntate ejus constet *avth.si qvis C.de natur.liber.* ita nullum dubium qvin per Procuratorem speciale ad id mandatum habentem legitimatio peti possit, cùm nullibi hoc prohibeatur, *vide Val.Forster. de succession.l.6.c 33.n.10.& seqq. ubi hanc Communem Dd. opinionem esse tradit.*

§. 69.

In Supplici libello reqvirunt Interpretes juris certas qvalitates, qvibus omissis legitimationem subreptitiam reddi putant. *Jacob.Menoch.2.qvæst.arbitrar.cas.203.*

Ante omnia verò reqvirunt ut qvalitas Nativitatis, (utrum v.c. legitimandus sit spurius, an verò adulterinus aut incestuosus sit) exprimatur. *Val.Forster.de successionion. lib.6.c.32.n.11.* Qvod omninò probabile. Cùm enim regulariter non nisi Naturales legitimari possint, reliqvi verò neqvaqvam: ante omnia omninò principi constare debet, an legitimandus talis sit qvi legitimari possit. Et licet concedas Principem qvosvis illegitimos per dispensationis subsidium ex plenitudine potestatis legitimare posse; tamen qvia hoc facilè fieri non debet *propter Nov.89.c.fin.* reqviritur utiqve, ut princeps gnarus sit qvalitatis Nativitatis ejus qvem legitimare constituit. Num verò tunc princeps clausulam, Non obstante rescripto aut lege, inserere debeat, supervacuum erit qværere. Cùm eò ipso, qvo legitimat, Legem civilem sibi obstare nolle appareat, nec, cùm superior lege sit, ulla Lex obesse possit. *Matth. Brunus. cons. 70. num. 4. seqq.*

§.70.

§. 70.

Deinde qvoqve reqvirunt Dd. ut Causa legitimationis supplici libello inseratur. Hoc tamen tunc tantùm verum esse puto, si alii Legitimi extant. Nam tunc hæc est Irregularis, qvæ propterea sine causæ cognitione facilè concedi non debet. *Val. Forster. de succession. lib. 6. c. 33. n. 23.*

§. 71.

Qværitur an Agnatorum & cognatorum consensus in legitimatione per Rescriptum principis adhiberi debeat? & distingvendum est *cum Val. Forstero de succession. lib. 6. cap. 33. n. 24. & Did. Covarruv. de sponf. part. 1. §. 8. n. 9.* utrum legitimatio à Patre vel saltem ex Voluntate ejus petatur, an verò Non.

Priori casu Negatur. Tum qvòd nullibi in Jure consensus eorum reqviratur: Tum qvòd solius Patris voluntas hîc inspicienda, qvi de rebus suis pro lubitu disponere potest. Cùm vivente eo nullum sit his jus qvæsitum *arg. l. 27. (de inoff. testam.* licet in spe jus succedendi habeant; qvod tamen non attenditur. *Bart. in L. Gallus 29. §. & qvid si tantùm 5. ff. de liber. & posthum. n. 130.* Et licet qvidam hoc verum tantum esse velint qvoad successionem Patris naturalis, non tamen ad eum effectum ut succedat in bonis Cognatorum & Agnatorum *arg. §. sed si qvis nepotis 7. J. de Adopt. Ant. Gabriel. de legitim. c. 7. n. 15. ibiq; citati.* nihilominus tamen & cognatis & agnatis succedere *cum Henr. Bocero de Regal. c. 2. n. 95. & seqq.* statuo. cum ab Ascendente adoptatus omnibus Agnatis patris qvoqve ab intestato succedat; ab Adoptione verò ad Legitimationem validè licet colligere. *Henr. Bocerus d. l.*

Altero casu qvando post Mortem patris petitur legitimatio citra voluntatem ejus, Agnatorum & Cognatorum consensum reqviri omninò verum est. Cùm tunc legitimatio sit Irregularis & jus cognatis jam qvæsitum, qvod princeps nemini auferre potest. *§. 2. J. de his qvi sui vel alieni juris. Did. Covarruv. de Matrimon. §. 9. n. 10. Andr. Gail. obs. 142. n. 16. Henr. Hahn. ad Wesenbecium.*

§. 72.

Formulam legitimationis à Comite Palatino impetratæ exhibet Georg. Mundius *de Comitib. palatin. c. 3. n. 106.* Latinè;

& Germanicam *n. 108. p. 80.* proponit, qvâ velut Epiphonemate hanc tractationem *concludam.* Ita autem αὐτολεξεὶ sonat:

Ich Peter Obernburger zum Thain/ Röm. Käys. Majestät unsers allergnädigsten Herrn/ Reichs-Hofrath und Secretarius, auch Comes Palatinus, bekenne öffentlich mit diesem Brieff/ und thue kund allermänniglich/ als verschienener Zeit/ Weiland der Allerdurchlauchtigst/ Großmächtigst und Unüberwindlichste Fürst und Herr/ Herr Carl der Fünffte deß Namens/ Römischer Käyser/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ in Germanien ꝛc. König/ mein allergnädigster Herr/ hochlöblichster Gedächtniß/ von wegen etlicher meiner Vor-Eltern/ und meiner selbst/ Ihrer Majestät und dem heiligen Römischen Reich geleisten Treuen/ langwierigen und gehorsamen Diensten/ und auß andern mehr redlichen Ursachen/ auch sondern Gnaden/ mit wohlbedachtem Muth/ gutem zeitigen Rath/ eigner Bewegniß und rechtem Wissen/ auß Käyserlicher Macht/ Vollkomenheit/ mir unter andern stattlichen Begnadungen und Privilegien/ auch diese besondere Freyheit allergnädigst verliehen/ und mitgetheilet/ daß ich unehlich gebohrne Leut in den Stand der Ehlich-gebohrnen setzen/ ihnen solche Macul abnehmen/ und sie zu allen und ieden Dignitæten und Officien habilitiren möge/ wie Ihrer Majestät darüber verfertigter Käyserlicher Brieff/ der sich in Lateinischer Sprach mit diesen Worten: Carolus Qvintus, divina favente clementia &c. anfänget/ dem auch ferner diese nachfolgende Clausul, nemlich: Insuper eâdem autoritate Cæsarea &c. einverleibt/ und am Dato also lautet: Datum in oppido nostro Bruxellensi &c.

Wann nun der Ehrwürdige Joachim Schlanger/ Pfarr-Herr zu Tegernbach mir fürbracht/ welcher massen er mit einer ledigen/ Weibs Person vier Kinder/ mit Namen/ Paulus/ Joachim/ Barbara und Magdalena/ ausser der H. Ehe erzeugt

zeugt und erworben hätte / und mich darauff angelangt und gebethen / daß ich von gedachten seinen Kindern die empfangene Macul und Vermailigung der unehlichen Geburth auffheben / vertilgen und abthun / und sie in die Ehre und Würde deß ehelichen Stands setzen und erheben wolte / so hab ich demnach auff solch sein ziemliche Bitte / mit wolbedachtem Muth / und rechtem Wissen / in Krafft meines habenden Gewalts und Käys. Freyheit / in der allerbesten und beständigsten Weiß / Maß und Form / wie es immer Krafft haben soll und mag / mit den bemeldten Geschwistern / Paulussen / Joachimen / Barbara und Magdalena / ihres unschuldig empfangen Gebrechen / Macul und Vermailigung der Ehelichen Geburt halber dispensirt, dieselbe gäntzlich auffgehoben / abgethan und vertilget / und sie in den Ehestand und Würden der Ehelich-gebohrnen Leut gesetzt und erhebt / thue auch solches alles hiemit und in Krafft diß Brieffs / also daß gedachten Geschwistern Paulussen / Joachim / Barbaren und Magdalenen / solche ihre unehliche Geburt / weder inn- noch ausserhalb Rechtens / Gerichts / noch einige andere Weiß / zu keiner Schmach oder Schand fürgehalten / noch sie derer in einigen Händeln und Sachen entgelten / sondern für ehelich gehalten / und zu allen Ehren / Würden / Aembtern / Zünfften und Handwercken / wie andere / so vom Vater und Mutter ehrlich gebohren seyn / angenommen und zugelassen werden / auch aller und ieglichen Gnad / Freyheit / Vortheil / Recht / Gerechtigkeit und Gewohnheiten / auch Bürgerrecht in Städten / Märckten und Flecken / zu haben / Aembtern zu trägen / Recht zu besitzen / Urtheil zu schöpffen / und Recht zu sprechen / in allen Geschäfften / Versammlungen / Handthierungen / und allen andern / inmassen alle andere Ehelich-gebohrne in geistlichen und weltlichen Sachen und Ständen / empfänglich / darzu tauglich / und gut seyn / auch gedachtes ihres Vaters Joachim Schlangers Namen / Schild / Helm

 und

und Kleinod haben und führen / sich deren auch / zu allen ehrlichen Sachen / und nach ihrem Willen und Wolgefallen gebrauchen sollen und mögen / von allermänniglich unverhindert / doch den rechten natürlichen Erben in ab- und auffsteigender Linien / an ihren gebührenden Erbschafften unvergreifflich und unschädlich / mit Urkund diß Brieffs / den ich mit eigner Hand unterschrieben / und meinem Palatinat Insigel / dessen ich in dergleichen Sachen mich gebrauche / besiegelt habe / geben zu Prag den 24. Tag deß Monats Martii / nach Christi unsers lieben HErrn und Heylands Geburt / funffzehn hundert und im acht und achzigsten.

Concludam, inqvam: Tuâq; Lector, Humanitate imploratâ, Gloriam DEO, Pacem PATRIÆ, & Salutem ACADEMIÆ (mox relinqvendæ) nuncupo:

An den Herrn Respondenten, als seinen vielgeliebten brüderlichen Freund.

Mein Hertz eröffnet sich / die Freude zu bezeigen /
Die über meinen Freund sich hat in mir erregt;
Dein Name giebt sich ietzt der Ewigkeit zu eigen /
Dem sey ein steter Ruhm mit Segen zugelegt!
Diß gute Wündschen läst mein Hertze von sich gehen /
Du aber / als ein Freund bleibst ewig darin stehen.

Cuno Joachim von Qvitzow /
Eqves Marchicus.